

1763.

- * 1. Bonnius, : *Programma, quo omnis ac elegit
per iur. amores memoriam Bonnianam
... riu van tam indicavit*
2. Bonner, Henr. Gorpius : *Tutorum in testamento
paterno scriptum ab solum defectum canonicis
; Aliae non posse reparari.*
3. Bachnius, Ioh. Gottlob : *De nationibus Germanicis
in causa Romanorum protectione.*
4. Breuning, Christianus Henr. : *Epistola juris con-
troversa. Specimen 8.*
5. Breuning, Christianus Henr. : *Epistola juris
controversa. Specimen 9.*
6. Breuning, Christianus Henr. : *Epistola juris
controversa. Specimen 10.*
7. Conradii, Ioh. Ludovicus : *De juris cl-
aegnitatis inter se consensus.*

1763.

8. Conrad, Ioh. Thosius: Ratio exarrendae
historiae iuris Romani. Programma, quo oratio
nem auspicalalem indicit.
9. Faber, Ioh. Thosius: Vicissitudines iuris Ro-
mani de incestis nuptiis.
- 10 Graefe, Cor. Randolph: Fidelitas ac commen-
tatio prima foederis formula in propriis
et foederibus bonis. Proclus, qua oratio
nem auspicalalem indicit.
11. Hohenthal, Petrus Fredericus, ab: De foederibus
finium.
12. Hommel, Carolus Ferdinandus, pro iuri pro cancellaris:
De legitima filiatione ex feudi novo recte con-
sideranda. Programma, quo solennitas doctoralia
Iohannis Georgii Spittleri ... indicit.
13. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De ordinariis
facultatis iuridicae Lipsiensis studiis inaug.

1763.

17. Hommelius, Carolus Ferdinanus: Secundaries facultatis iuris civilis Lipsiensis. Oratio inen.
De forma tribunalis et magistratice ad 17.555
Ab de postulante. Prelatio, qua orationem
arbitrialem . . . indicat
15. Hommelius, Carolus Ferdin: ius mundi
universale.
16. Krichel, Christian Leberecht: De diversis
vasallorum ordinibus ex jure feudali
Tongobardis.
17. Puchmannus, I. L. S.: Projectus ad locos
quos dam iuris civitis degradator decas, lectio-
nibus astrictis praemissa.
18. Richerus, Th. Talias: Mens et sententia l. 22.
C. de negotiis gestis.
19. Segnerus, Dr. Theophilus: Brevis curiarum Historia.

1763.

20. Segurus, Ioh. Theophilus: De mutato valore monetae in solutionibus aetimando.

21. Steyer, Maria, fac. iur. procancellarius: De genuina laicorum fidelium origine. Programma quo summas in aliquo jure honores Christiani Albrecht Yahnis ... indicit.

22. Thomarius, Traugott, fac. iur. procancellarius: De unipunctario a contributioribus et iusto. pri latioribus hostilibus immuni. Programma quo panegyrici iuris. Iacobus Martinus Riebingii indicit.

23. Winkel, Carolus Gottfridus, fac. iur. procancellarius: De fideicommissis familiac rerum mobiliis. Programma quo solennia Doctoralia Christiani Leberecht Kriebelii indicit.


24. Jahn, Christianus Ultimus: De litigiosis.

1763.

25. Zoller, Fridericus Iulius, fac. ius. pro cancellariis:

De nullitate pacti inter emitorum et venditorem
respectu onerum publicorum insti^t. Programma,
qua oculenia doctoralia ... Joannes Frider.
Ronclet de Charnillat ... celebrandar
indiv^s.

26. Ruetting, Joannes Martinus: De executorsibus
ultimo, cum voluntatum.



9814
No. 557014
1763, 2.

T V T O R E M
IN TESTAMENTO PATERNO
SCRIPTVM OB SOLVM DEFECTVM
CAVTIONIS IDONEAE NON POSSE
REPVDIARI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
C O N S E N S V

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

COLL. MINOR. PRINCIPP. COLLEG. SUPREM. CVR.
PROVINC. ET CONSIST. ECCL. LIPS. ADV.

D. X. NOV. A. C. MDCCCLXIII.

IN AVDITORIO ICTORVM

PVBLINE DEFENDET


CHRISTIANVS SIGISMVNDS BESSER

LVCC. LVSATVS.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA

1728

T A T O R E N
I N T H E T M I N I T O T H E R N I O
S E C U N D A Y O F S O L D A Y P R I L L Y
C A T O L I C D O C T R I N E F O R
E V E R Y D A Y
H I S T O R I C C O L O R I U M O R D I C I S
C O M P O S I T I O N
S R A M S A D E
D H E U R G O D O R R E D O B V A E R O
C O M M I S S I O N T H E N G E R S O F T H E R E G I O N
T H E O D O R E C O M M I S S I O N
S P A C E X M O D U L O C H E R
M I V A V O T O R I O S I G O D R Y M
F A U T C H D E R D E T
C H R I S T I A N I S C H I C K H A U S E R S C H E
L I B R A R Y
E Z Q U E R I C H A T H E R M U N D



TUTORI
IN TESTAMENTO PATERNO SCRIPTVM
OB SOLVM DEFECTVM CAVTIONIS
IDONEAE NON POSSE REPVDIARI.

§. I.

Perpetua est in Iure Romano eademque no-
tissima distinctio inter tutelam testamentar-
iam absolutam et propter ea confir-
mandam, quod vel a quibus, vel quibus, vel quomodo,
et vbi oporteat, tutor non fuerit constitutus, i. t. D. d. con-
firm. tut. neque minus expeditum, in eo in primis positam
fuisse hanc differentiam, vt, quac per se tutela subsisteret,
eius suscipienda vel iustae excusationis intra tempus legiti-
timum allegandae obligationem, ex tempore cognitionis,
quo quis cognosceret, se ipsum datum esse, atque adeo
periculum in tutorem transferret, quae vero minus iuste

Recensetur
diuiso tutelae
testamenta-
riae.



dati tutores neque confirmati non administrauerint, fu-
erint immunes, l. 13. §. 9. et 12. D. d. *Excusatt.*

§. II.

*Nullus tutor
a patre con-
stitutus satis-
tatione Iur.
Rom. gratian.
dus est.*

Etsi vero non omnes a patre a tutelam vocati, pro-
ut ex his patet, perfecte constituti Iure Romano cense-
bantur, verum Iudicis interdum confirmatione indige-
bant, haec ipsa tamen plerumque et regulariter, nulla
praevia inquisitione, neque satisfactione, erat interponen-
da. Quippe iniquum videbatur viri paterno iudicio pro-
bati suspectam habere fidem, l. 1. §. 2. D. d. *Confirm. tut.*
nisi emerserint graues cause, quae malam contra tutorem
praesumptionem excitarent l. 8. l. 10. D. d. *Confirm. tut.*
Eandemque ob causam ad satisandum eiusmodi tutores
haud cogebantur, nisi, pluribus scriptis a patre tutoribus,
vnum ex his eadem cum reliquis auctoritate munitus, sa-
tisfactionem obtulerit, et hoc modo reliquos, ut vel idem
praestarent, vel sibi soli tutelam relinquerent, compulerit
l. 17. l. 19. D. d. *testam tut.*

§. III.

*Genera tute-
larum Iur.
Rom. bode-
sublatas non
sunt.*

Quae omnia Iure Romano adeo sunt expedita, ut
nulla disquisitione opus sit. Id vero dubium, hodierno
iure disertis legibus, contrariae consuetudine, plane sunt
abrogata, an adhuc etiam utilitatem aliquam sibi vindic-
cent. Quodsi iis concederemus, qui *Ordinat. Polit. d.*
a. 1548. Tit. XXXI. §. 2. eademque *d. a. 1577. Tit.*
XXXII. §. 2. omne discriminem inter diuersa tutelarum ge-
nera sublatum solamque datiuam nobis superesse iudicant,
inanem

◆ ◆ ◆

inanem, vel potius plane nullam proponeremus contro-
uersiam, Haec vero somnia BERGERVS in *Oecon. Iur.*
Tit. IV. §. 2. discussit, adiecta inter constitutionem tu-
telae eiusque constitutae administrationem (mallem dice-
re administrationis suscipienda obligationem) distin-
ctione. Cuius veritatem ipsius cit. *Ordinat. Polit.* §. 1.
verba finalia confirmant, et abunde mutata non esse tute-
lae constituendae principia confirmant.

§. IV.

Magis dubium ex cit. *Ord. Pol.* videtur, an distin- Nec cessat
vus hodie di-
uisonis tute-
lae testamen-
tariae.
ctionis inter tutelam testamentariam absolutam et ex defe-
ctu confirmandam superfit usus. Quem in eo collocat
idem BERGERVS cit. l. vi illa tutorem ad resarcendum pu-
pillo damnum, quod ex non petiti decreti mora obtigerit,
obligari propugnet, hunc minus. Cuius sententiae ve-
ritatem quia alibi inuestigauit, hoc loco lubentius examina-
re supersedeo, et in id curiosius inquiero, praestandae
cautionis remissio, quam vidimus Iure Romano ad omnes
a patre scriptos tutores pertinuisse, an etiam hodie su-
perfit.

§. V.

Videri possit patria potestas ipsius testamentariae tu- Ratio immu-
nitatis a fa-
tisatio in tu-
toria re-
stamentaria.
telae basis etiam immunitatem a cautione praestanda ge-
nuisse, illaque adeo abrogata vel certe deminuta mori-
bus nostris, haec etiam simul exoleuisse. Huius vero
argumenti infirmitatem exinde cognoscimus, quod Iure
Romano legimus hoc priuilegium eos etiam secutum fu-
isse,

◆ ◆ ◆

isse, qui filiis emancipatis scripti tutores fuerint, indeque facile colligimus, paterni iudicij potius grauitatem et praesumptionem, quod pater in primis liberorum commodis prospexerit, illud procreasse. Quam nemo inter nos putauerit exulare rationem.

§. VI.

*Reconficitur
Ordinat. Po-
lit.*

Fortius cit. Ord. Pol. nobis resistit, quae, nulla inter tutclarum genera admissa distinctione, omnes omnino tutores ad praestandam idoneam substantiae pupillorum cautionem compellit, confirmato insuper tacito in bonis tutorum pupillis pignore. Quae satis clara sunt, et, praestituta in §pho secunda confirmationis testamentarii pariter atque legitimi tutoris necessitate, omnes ut caueant pupillo tutores obligat. Nec est mecum, sententiam iuri scripto contrariam defendere, et ex hac lege tutorem a patre nominatum a cauendi obligatione immunem tueri. Hoc tamen sustineo, tutorem in testamento paterno vel solenni vel priuilegiato scriptum a iudice ex hoc solo, quod cautio idonea ipsius facultatibus non insit, et quod fortassis fideiussorem non inuenerit, vix posse repudiari.

§. VII.

*Et conciliatur
cum iure Rom.*

Quippe interpretationis hae regulae fugiunt neminem. Leges nouas et correctorias strictissime interpretandas et vnamquamque legem sic esse, ut sibi ipsi constet, exponendam. Notissimi iuris est, quod adduximus, a patre nominatos tutores non fuisse, ut caueant, a iudice compellendos. Ordinatio Pol. saepius laudata agnoscit

ipsa

◆ ◆ ◆ ◆

ipsa in §. 1. cit. tit. haec Iuris Romani tutelarum genera,
testamentariam atque legitimam, et in euentum demum,
si vtraque deficiat, iudici desert tutoris dandi conditio-
nem, deinde iubet, omnes tutores ad praestandam cau-
tionem facultatibus pupilli conformem adigere. Si
haec fuit sententia legislatorum, vt nullum quoque testa-
mentarium tutorem, nisi cauendo satisfecerit pupillo, ad-
mitterent ad tutelam, consequitur sua sponte, confirma-
tam in §. 1. quod monui, testamentariam tutelam pro
parte in eadem lege sublatam esse, quod et per se, et
propterea admitti nequit, quod in mutando antiquo iure
haec lex versatur. Igitur haec esse debet huius legis Ger-
manicae sententia, vt paterna dispositione datos tutores
curatoresue ad cauendum pro modo facultatum suarum,
si fideiussorem non inuenierint, censeamus obligatos, nec
ob defectum idoneae cautionis posse repelli.

§. VIII.

Iam vero communis omnium iudiciorum obseruan- *Vfa nou obti-*
tia apud nos praesertim loquitur, id agere iudices, *nuit in Sax.*
Ordinat. *Polit.* quoniam tacitum pignus *I. 20. C. d. Administr. Tutor. pu-* *Ordinat.*
Polit. pillis tributum idemque in *cit. Ordinat. Polit.* confirmata
sum sit, expressa pignoris constitutione in confirmandis
tutoribus supersedeant, et immobilium bonorum posses-
sores potius tutores pupillis quaerant. Quam consuetu-
dinem per se notoriam veram agnoscit. *Ord. Proc. Sax.*
recogn. Tit. 45. §. 1. quae sublato pignore tacito expres-
sum in securitatem pupillorum a tutoribus praecipit con-
stitui,

stitui, eoque ipso illud adhuc neglectum esse agnoscit.
Hac vero lege Mand. d. d. 24. Sept. an. 1734. rursus abro-
gata, quod antea obtinuit, ius reuocatum, pupillisque
tacitum pignus restitutum est.

Conclusio.

Restituta igitur simul est hoc ipso Mand. antiqua illa
consuetudo, qua neglexerunt iudices in confirmandis tu-
toribus tacita hypotheca, quae sine dubio omnia bona
complectitur, grauatis, expressum pignus pupillis con-
stituere. Ex quo intelligimus in primis eo respiciendum
esse iudici pupillis in subsidium obligato, ut eiusmodi tu-
tores eligat, qui bona immobilia habeant, de quorum pretio
in primis constare debet, quorumque alienatio ipso igno-
rante fieri haud potest. Quodsi vero non deest tutor,
iam a patre vocatus, idemque egregia ex iudicio pater-
no praesumtione munitus, non puto iudicem esse audiendum,
si hunc ob defectum bonorum immobilium, et si
fideiussorem haud intinererit, vel repudiare, vel ad recipien-
dum tutorem honorarium compellere velit. Idque par-
tim ex praemissis infero, partim etiam ex eo mihi videor
probare, quod patri (pono enim libros ex ase heredes,) cui
liberum erat, liberos in sola legitima heredes scribere,
forte intererat, non innotescere relicti patrimonii vires,
quod ipsi inuentarii solennis confectione prohibita, iure
licet euitare, quemque finem haud consequeretur, si hono-
rarius tutor testamentario obtrudi posset, cuius praeterca
constitutio in opprobrium paternae prouisionis tenderet.

Leipzig, Diss., 1763(1)

vol 18





9814
No. 1763, 2.
T V T O R E M
IN TESTAMENTO PATERNO
SCRIPTVM OB SOLVM DEFECTVM
CAVTIONIS IDONEAE NON POSSE
REPVDIARI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENS V
P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO
COLL. MINOR, PRINCIPP. COLLEG. SVPREM. CVR.
PROVINC. ET CONSIST. ECCL. LIPS. ADV.

D. X. NOV. A. C. MDCCCLXIII.

IN AVDITORIO ICTORVM
PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS SIGISMVNDS BESSER
LVCC. LVSATVS.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA